

gnorum eius anno quintodecimo. Mense februarii die decimo eiusdem duodecime Indictionis apud Barolum. Nos Rosa filia Nicolai Stugaticii de trano nepos et heres qd. dompni Mathei sacerdotis ecclesie sancte Marie de porta de quo constitit infrascriptis Iudice et notario per Instrumentum publicum ultime dispositionis dicti qd. dompni Mathei; et Goffridus f. Riccardi de dionisio vir et uxor Barolitani cives coram Bartholomeo de Ionatha Regali Baroli Iudice Gualterio de Benedicto puplico eiusdem terre notario et testibus subnotatis licteratis de eadem terra ad hoc specialiter vocatis et rogatis ego predicta Rosa ab eodem Iudice legaliter Inquisita et absoluta in tota huius scripti continentia consensu quoque dicti Goffridi viri mei. nec non Iacobi et Riccardi filiorum legitimorum Mundualdorum meorum astante et consentiente mihi predicto Goffrido et dictis Iacobo et Riccardo filiis meis dicto Riccardo patre meo et legitimo Administratore nostro, Tibi Riccardo f. Mathei fornarii nostro concive voluntarie vendidimus et per fustem tradidimus vineas Quinque Quadraginales aut si plus vel minus etiam cum medietate palmenti pile curtis et domuncule seu turricelle existentium in pertinentiis Baroli in cluso Sancti Martini Rotundi devenientes mihi predictae Rose ex successione qd. dicti dompni Mathei avunculi mei que vinee sunt inter hos fines a medio limite iuxta vineas Pascalis de faresio iuxta vineas Mathei Barberii quas tenet pro parte uxoris sue. iuxta vineas dicti Pascalis de faresio. iuxta vineas Marci Barberii iuxta fossatum vinearum Monasterii Sancti Samuelis, iuxta vineas stephani petraroli. iuxta vineas Pascalis Carpenterii. iuxta fossatum vinearum umfredi f. qd. Riccardi Bonelli et iuxta parietem vinearum Mathei de Marchio. Ex qua vendicione et tradicionem nostra personaliter recepimus et habuimus a te predicto Riccardo emptore uncias auri decem et novem Boni auri ponderis generalis totum videlicet pretium venditionis, quatinus a